Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Cicero. Catulus. Hortensius.

Oratio pro Cornelio.

III.

Via uirtutis.

Via uitiorum.

erit: hunc diligunt: hunc tuentur: huic omnia que optauerunt prestant.
Merito ergo philosophi huiusmodi superstitiones suo more deridet: Qua tu
inquit mercede deorum emeris auriculas pulmone & lacribus uncis:
Scilicet uidelicet non carne opus esse ad placandam celestem maiestatem:
sed mente sancta & iusto animo & pectore: ut ipse ait: quod nihil sit hones
tate gratiosius: Hec est religio celestis non que constat ex rebus corruptis: sed
que uirtutibus animi: qui oritur e celo: Hic uerus est cultus in quo mes
colentis seipsum deo immaculatam uirtutem sistit: Id autem ipsum quo co
sequendum: quo perstandum sit docebit huius libri disputatio: Nihil enim
tam preclarum hominis potest esse: quam eruditio hominis ad iustitiam:
Apud Ciceronem Catulus in hortensio: philosophiam rebus omnibus preferes
malle sedit uel unum parum de officio libellum: quam longissimam orationem pro
sedioso homine Cornelio: Que sententia non utique Catuli: qui illud fortasse non
dixit: sed Ciceronis est putanda: qui scripsit: credo ut libros: quos de officio
erat scripturus: commendaret: In quibus ipse nihil esse testatur in omni philo
melius & fructuosius: quam precepta uite dare: Et sibi ceteris faciunt: quibus
non est veritas cognita. quanto magis nos facere debemus: qui a deo eru
diti & illuminati possumus vera percipere: Hec tamen sic docebimus
ut qui primam uirtutis elementa tradamus: quod est infinitum: sed tamen
docendum suscepimus eum: qui apud illos iam perfectus esse iudicatur:
Manentibus in preceptis eorum que solent ad probitatem fere dare: ignoti
illis superstruemus ad perficiendam consumandamque iustitiam:
quam non tenent: Et uero: que possunt cum illis esse communia: pretermittam
ne quid ab his uidear mutuari: quorum errores coarguere atque aperi
re decreuerim: —

Duae sunt uie: per quas humanam uitam progredi necesse est:
Vna quae in celum ferat. altera: que ad inferos deprimat: quas
poete in carminibus & philosophi in disputationibus suis indiscreuerunt: Et quidem philosophi alteram uirtutem esse uoluerunt: Alteram uitiorum:
Eam: que sit assignata uirtutibus primo aditu esse arduam & contiguam
sam: in qua si quis difficultate superata in summum eius euaserit: hic eum
de cetero planum iter lucidum amenumque campum & omnes laborum
suorum capere fructus uberes atque iucundos: Quos autem pri
mi aditus difficultas deterruerit: eos in ullam uitiorum uiam labi atque
deflectere: que primo ingressu sit quidem amena multo: quam tristior: Deinde cum
in illa paulo ulterius processerint. amenitatis illius spem repente subducit
Exoriri autem iam precipitem nunc saxis asperam: nunc obductam sentibus